



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatvs De Regimine Ecclesiae Episcopalis In Octo
Libros Distribvtvs**

Antonelli, Giovanni Carlo

Velitris, 1650

De Decimis. Cap. Vlt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11401

cit.lib.8:tit.6:nu.16.Ricc. in Prax.
7 par.4:refol.297.Vnde etiam oblationes, quæ sunt tempore Iubilei, vel anni sancti in ecclesia cathedrali spectare ad Parochum eiusdem ecclesie, non autem ad Episcopum, tenuit Rota in Benerentana spoly 2: Decembris 1585. coram Orano, quam refert Ricc. in Collect. decif. 2662 par.7. & censuit etiam Sac. Congregatio teste Barb. de offic. & pot. Episc. par.3 alleg. 80. numero 14:

8 Secus esset, si oblationes a fidelibus ad certum finem, veluti pro Missis, aut fabrica praestantur: tunc enim ad parochum minime spectant, sed voluntas eorum, qui oblationes, aut eleemosinas tribuant, est præcisè seruanda c. quatuor 12.q.2 Barbos de offic. Paroch. d. cap. 24. num. 30: administratio tam harum oblationum etiam in tali casu pertinet ad parochum, ut d.S.T.b.d.q.86.art. 2. nisi ad sit consuetudo in contrarium Barb. loco cit. d. num. 30. in fin.

9 Obserua tamen, quod si Episcopus celebrauerit missam in Parochialis oblationes in ea factæ ad eundem Episcopum spectant, ut dicunt DD. quos refert, & sequitur Bellett. tit. de Bon. cleric. §. 3. nu. 46. & seq. nisi ad esset consuetudo in contrarium Barbos. de offic. & pot. Episc. par.3. ail. 80. num. 13. & alijs, vel nisi Episcopus in eo loco longam traheret moram, & nimis frequenter celebraret, ut post Hostien. dict. Genuensis in Prax. Archep. cap. 57: num. 7. verum si Episcopus celebraret in loco exemplo, oblationes in tali casu deben-

tur illi, ad quem spectant iura parochialia, non autem Episcopo secundum felin. in cap. dilectus num. 1. vers. & adde de offic. ordin. quem refert Bellett. loco cit. nu. 47. versus secus autem: sed in hac re ad priuilegia, & consuetudines est recurrendum, ut sentiunt alijs apud Barbos: d. all. 80. num. 11. & seq.

10 Obserua 2. quod si ex consuetudine, vel statuto oblationes, quæ sunt die dominico, debentur parochio, & in festo principali debentur Episcopo, & festum principale die dominico occurrat, tunc oblationes factæ ab alienis parochianis censemur factæ intuitu festiuitatis: oblationes vero factæ a proprijs parochianis dividendæ sunt, cum dubium sit, cuius contemplatione fiant Ricc. in Prax. us supra par. 4. ref. 297.

11 His adde, quod laicus non debet recipere a clericis oblationes, nec aliqua consuetudo in hoc est admittenda; & ideo consuetudo, siue potius abusus, quod ad domos laicorum deferantur candelæ benedictæ in festo purificationis B. Virginis omnino reprehobatur Sylu. in ver. Decima n. 7. Ricc. in Prax. for. eccl. p. 4. ref. 296.

S V M M A R I V M.

- 1 Decimæ aliae sunt prædiale, aliae personales: aliae mixte:
- 2 Ex decimis prædialibus & mixtis non deducuntur expense, neque tributa, vel alia debita, secus in personalibus:
- 3 Decima personales ut plurimum non sunt in usu, & ubi in usu sunt

- sunt, debentur illi ecclesie, in cu-
mas persoluere. 1.
ius Parochia quis habet domi- 17 An in decimis attendenda sit con-
ciliam. suetudo, vel præscriptio, aut pri-
Decima prædiales regulariter 18 Index ecclesiasticus in causa deci-
spectant ad Ecclesiam, in cuius 19 marum incipere potest a præcep-
terminis prædia sunt sita. to cum monitione sub pena ex-
Decime noualium cui ecclesie de-
beantur, ibidem: communicationis, limitatur nu-
5 Quid si locus esset intra duas pa-
rochias, & ignoretur suo qua- 20 An in decimis attendenda sit con-
sit. suetudo, vel præscriptio, aut pri-
6 Si prædium non sit in alicuius 21 Controversiae inter ecclesiam Sa-
parochia situm, illius decima per 22 crumentalem, vel prædiale
tinent ad Episcopum. quomodo terminanda.
Quid si parochia in sint distin- 23 An parochiani teneantur deferre
cte, ibidem. decimas ad horrea clericorum.
7 Si Pastor diuersis temporibus in 24 Cōpositio super decimis facta per
duabus parochijs gregem pascit, Rectorem quando valeat:
debet proportionabiliter utrique In causa decimarum regu-
ecclesia decimas soluere. lariter non datur appellatio, li-
mitatur num. 26. 27. 28. & 29.
- 8 Quando decimæ soluenda sint ex
fructibus extra territorium col-
lectis:
- 9 De una, & eadem re duplex deci-
ma soluere non debet.
- 10 Parochus exigens decimas quoad
certos fructus eo ipso censetur es-
se in possessione quoad omnes fru-
ctus, & quando id procedat.
- 11 Possessor fundi pro decimis pre-
dictis conueniri potest:
- 12 Quando agitur de sola questione
facti, uterque Index tam ecclesi-
asticus, quam secularis est com-
petens; si verò oriatur questio
juris, Index ecclesiasticus solus
est competens, & num. 13.
- 14 Ius accipendi decimas, regulari-
ter spectat ad solos clericos haben-
tes curam animarum.
- 15 Clerici de quibus bonis teneantur
soluere decimas.
- 16 An regulares teneantur deci-

C A P. VI.

De decimis.

§. I.

An ex decimis deducantur ex-
pense.

Pro facilitiore intelligentia præmittendum est,
quod tria sunt genera
decimarum: alię enim
dicuntur prædiales,
quales sunt quæ proueniunt ex
prædijs, vt vinum, frumentum,
fructus arborū, & huiusmodi: alię
personales, quæ videlicet proue-
niunt ex opere personali, vt ex
mercatura, artificio, scientia, mi-
litia, venatione, & simili: alię
sunt mixta, quæ partim ex præ-
dijs, partim ex opere personali
pro-

proueniunt, vt sunt animalia, quæ pascuntur ex prædijs, & humano opere nutriuntur, & foetus, ac fructus eorum, et colligitur ex c. decimæ 16. q. 1. cap. non est in potestate de Decim. & d. Sylu. in ver. decima in princ. & alijs communiter. his præmissis.

2. Resp. quod ex decimis prædialibus, & mixtis non deducuntur expensæ, neque tributa, census, aut alia debita, sed integræ, ac sine diminutione soluenda sunt d. cap. non est in potestate cap. tua nobis, & cap. cum non sit in homine de Decim. d. cap. decimæ 16. q. 1. securus in personalibus, in quibus expensæ dedicuntur cap. pastoralis cod. tit. glof. in d. c. non est in potesta te ver. antequam Nau. in man. oap. 21. num. 31. Sylu. in ver. decima n. 10. Ricc. in collect. decim. 2392. par. 6. Barbos. de offic. & pot. Paroch. cap. 28. f. 1. num. 37. & 38. quibus addit. S. T. b. 2. 2. q. 87. art. 1. & art. 2. ad p. vbi dicit. quod decimæ prædiales, & mixta debentur partim ex institutione ecclesiæ, partim ex iure naturali: & ideo in huiusmodi decimis verbum fructus intelligitur naturaliter, prout in fundo percipiatur; decimæ verò personales debentur ex sola auctoritate ecclesiæ: non enim nullum de illis extat præceptum in lege veteri, & ideo accipiendæ sunt iuxta interpretationem, & censuram humaniorum, secundum quod fructus non aliter intelliguntur, quæ deductis expensis, quæ gratia eorumdem fructuum sunt / fructus ubi glof. & DD. ff. sol. matr.

3. Obserua tamen, quod huiusmo-

di decimæ personales ut plurimū non sunt in vsu, nisi in aliquibus regionibus Hispanie, ut d. Nau. d. cap. 21. num. 31. vbi autem sunt in vsu, debentur illi ecclesiæ, in cuius parochia quis habet domicilium: quia persoluuntur ad substantiationem eorum, qui spiritualia ministrant, etiam si occasione absentia alibi recipiat sacramenta glof. in cap. ad apostolice de Decim. quæ esse communiter receptam d. Nau. conf. 1. num. 7. de Decim. S. T. b. 2. q. 87. art. 3. ad 2. Sylu. in ver. Decima num. 14. Barbos. d. cap. 28. f. 2. n. 26. & seq. nisi alibi commoretur animo illuc transferendi domicilii Nau. conf. 1. num. 5. de Decim:

Obserua 2. quod decimæ prædiales regulariter spectant ad eccliam, in cuius terminis prædia sunt sita, ut videtur concludi in c. cum sint homines de Decim. & in c. vlt. vbi glof. de Paroch. glof. communiter recepta in cap. ad apostolice ver. consuetudo de Decim. S. T. b. 2. 2. q. 87. d. art. 3. ad 2. Sylu. in ver. Decima num. 14. Nau. conf. 1. num. 7. de Decim. Vnde decimæ noualium, debentur illi ecclieiæ, in cuius parochia surgunt, ut est tox. in cap. quoniam de Decim. Si vero locus esset intra duas parochias, & ignoretur, sub qua sit, tunc inter eas fieri diuisio Abb. & alijs in d. c. quoniam Barbos. de offic. & pot. Paroch. cap. 28. f. 2. num. 20. vbi etiam dicit, quod si limites quoquomodo apparent, pro modo, & portione limitum cuiuslibet parochiae decimæ sunt assignanda: si vero prædium non sit in alicuius parochia situm, illius Decimæ pertinent ad Epi-



- E**piscopum, ut in d. capit. quoniam in fine de Decim. idemque dicendum est, ubi parochiae non sunt distincte Rota in Civitate. Decimanum 26. Martij & 28. Iunij 1618. coram Vero spio, quam referat Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 86. num. 37.
7. Obserua 3. quod si Pastor diversis temporibus in duabus Parochijs gregem pascit, debet etiam proportionabiliter vtriq. Ecclesiæ decimas soluere S. Thom. 2. 2. q. 87. ar. 3. ad 2. Sylu. in ver. Decima num. 14. Vnde si oues in una Parochia iaceant, & dormiant, & in alia pascant, decimæ erunt similiter dividenda Barbos. d. cap. 28. f. 2. n. 39. magis tamē debetur decima gregis ecclesiæ, in cuius territorio gregus pascitur, quam illi, in cuius territorio ouile locatur: quia ex pascuis fructus gregis proueniunt, ut d. S. Th. loco cit.
8. Obserua 4. quod decime soluendæ sunt nedium ex fructibus recollectis in Territorio, sed de omnibus alijs fructibus etiam extra territorium perceptis, dummodo decisim fructibus non soluatur decima alteri ecclesiæ extra territorium: quia de una, & eadem re duplex decima solui non debet Rico. in prax. for. eccl. par. 2. ref. 90. & ideo peti non potest secunda decima de tributo, vel pensione, quā recipit Dominus propter locationem praedij, si ex eius fructibus decima fuit antè soluta. glof. & DD. in c. pastoralis de Decim.
10. Obserua 5. quod Parochus ex gentis decimas quoad certos fructus eo ipso censetur esse in possessione quoad omnes fructus: quia ius decimandi prouenit ex iure vniuersali parochialitatis Beltramin. ad Greg. decis. 557. nū: 10. ubi citat. Ruin. conf. 14. lib. 5. Seraphin. dec. 1047. n. 1. & 2. quod intellige alio non existente in possessione: tunc enim per perceptionem vnius speciei illi conservatur possessio percipiendi decimalam ex omnibus alijs fructibus etiam subrogatis in locum, eorum, qui ex prædio decimali prius colligebantur, ut decimum referat Rico. in Prax. for. eccl. p. 4. ref. 295.
11. Obserua 6. quod possessor fundi pro decimalis præteritis conueniri potest ita, ut in optione ecclesiæ sit, quem velit conuenire, nouum, an antiquum prædij possessorem; quia hoc est onus reali cap. penult. de decim. glof. incap. tuz nobis ver. sic & Dominus de decim. ita Barbos. de off. & pot. Paroch. cap. 28. f. 4. num. 10. & seq. & in cap. tua 2. n. 13. de Decim. Rico. in Prax. for. Eccl. par. 2. ref. 57.

§. II.

Quis sit index competens in causa decimarum.

12. **R**esp. quod si circa decimas agitur de sola questione facti, uterque Index tam ecclesiasticus, quam laicus erit competens Couar. pp. qq: cap. 35: num. 2. Mo-



Monet de Decim. cap. 8. q. 1. n. 5. & seq. ubi de communis Ricc. in collect. decis. 2467. par. 6. Piasc. in Prax. Episc. par. 2. cap. 14. n. 59. & idem. etiam iudex secularis compellit laicos ad soluendū decimas Calderin. conf. 15. in fin. de Ind. & for. compet. si verò oriatur questio iuris, Iudex ecclesiasticus solus est competens priuatue quoad laicum, puta si dubitetur, an decima sit soluēda, vel ex quibus fructibus debeat solui, aut si agatur de exempti one, priuilegio, prescriptione, vel consuetudine tot. tit. de Decim. Calderin. conf. 15. in fin. Ricc. loco cit. Conar. ubi sup. num. 2. quod procedit etiam, ubi 13 questio iuris est incidens, sive agatur in petitorio, sive possessorio Monet. d. q. 1. n. 1. & seq. Feder. de Sen. conf. 245. n. 3. & alij apud Barbos. de offic. & pot. Paroc. c. 28. §. 4. n. 1. & in c. tua. 1. n. 2. de Decim.

Ex quo fit, ut clerici simpliciter 16 beneficiari non possint laicos coram Iudice seculari ad decimas soluendas conuenire, quia isti debent de titulo docere, etiam si agerent iudicio possessorio, nec sufficeret decenialis possessio Put. dec. 413. lib. 1. quem resert, & sequitur 14 Ricc. in Prax. for. Eccles. par. 2. ref. 111. ius enim accipiendi decimas regulariter ad solos clericos pertinet habētes curam animarum. c: vlt. de Paroc. S: Tho. 2: 2. q. 87. art. 3

S. III.

An Clerici teneantur soluere decimas.

R Esp. quod tenentur de fructibus, quos ex bonis patri-

monialibus percipiunt cap. 2. ubi glo. ver. à Clericis de Decim. S: Tho. 2: 2. q. 87. art. 4. etiam de eo, quod percipiunt ex patrimonio, ad cuius titulū fuerū ordinati Felin. in cap. Ecclesia S. Mariae num. 10. ds Constit: Barbos d. cap. 28. §: 3. n. 10. & in cap. 2. n. 5. de Decim. Bellett. Disquis. Cleric. tit. de exempt. cler. & eor. honor. &c. §. 5. num. 9. in fin: quamvis contrarium in hoc sentiat Ricc. in Prax. for. eccles. par. 4. ref. 143. & in Collect. decis. 566. par. 3. non tamen tenetur de fructibus suorum beneficiorum, ut d. S: Tho. 2: 2. q. 87. art. 4. glo. in d. cap. 2. de Decim. & in cap. quæst. ver. ut Episcopi 16. q. 1. Bellett. Disquis. Cleric. tit. de Cleric. debit. §. 12 num. 35. nisi prædia beneficij fuerint prius tributaria: quia restituit cum suo onere glo. communiter recepta in cap. 1. ver. ullo de Censib.

Ita etiam licet omnes ferè Regulares per specialia priuilegia exempti sint à solutione decimarum, ut d. Sorb. in compend. priuile. ver. Decime: tamen si nouas possessiones acquirunt, de quibus prius soluebantur decimas ecclesijs parochialibus, tenentur erā ipsi decimas persoluere cap. n. 1. per de Decim. & ideo Parochi manutendi sunt in possessione exigendi Barbos. de offic. Paroch. d. cap. 28. § 3. numer. 42. & 43. nisi expresse in eorum priuilegijs fuerit derogatum dispositioni d. cap. n. 1. per, quod cum sit conciliare censetur habere clausulam derogatoriam ad futuras dispositiones Rot. coram Card. Cassaler:

iii. dec.



*decis. 229. num. 3. & 247: num. 10.
& coram Buratt. dec: 704. nu. 2. & hæc derogatio d. c. nuper. est etiā necessaria in communicatione priuilegiorum, ut pluries censuit Rota teste Ferentil. ad Buratt. d. dec: 704. vbi etiam dicit, quod censetur sufficienter derogatum d. cap. nuper, si in clausulis derogatorijs priuilegijs facta sit mentio generalis Conciliorum.*

Sed hoc intelligendum est de decimis, quæ debentur pro administranda cura animarum: non autem de ijs, quæ sunt impositæ rebus, puta si ab initio fuerunt concessæ, vel traditæ cum ea conditione, & onere, ut ex eis decimæ soluantur: tūc enim Regulares etiam Mendicantes tenentur eas soluere: quia eorum priuilegium ad huiusmodi decimas non exterrit, ut censuit Sac. Congr. Concilij apud Farinac. dec. 168 p. 4. Diuersi:

§. IV.

An contraria consuetudo, seu prescriptio excusat à solutione decimarum.

¹⁷ **N**Egatiuè respondent Canonicæ communiter: quia cū decimæ sint debitæ de iure diuinno cap. 1. & cap. cum non sit in homine de Decim. ideo omnis prescriptio & consuetudo reprobatur cap. vlt. de Consuet. hæc tamen cōclusio à Theologis declaratur, ut procedat quantum ad substantiationem ministrorum: hoc enim respectu decimæ sunt de iure diuinno: non autē quantum ad quotam taxatam; potest enim Eccle-

gia pensatis opportunitatibus temporum, & personarum alias partem determinare soluendam; & ideo valere potest consuetudo, quod non plenè soluantur, non autem quod nihil soluatur S. Tho. 2. 2. q. 87. ar. 1. Sylu. in ver. Decima nu. 10: Nau. in Man. cap. 21. n. 30. & alij communiter: nam præceptum in lege veteri de soluendis decimis quantum ad determinationem decimæ partis, de qua in lib. leuit. c. 27. erat iudiciale: quia immediate ordinabatur ad aquitatem inter ministros Dei, & populum fernandam, & ideo non obligat tempore gratia, ut constat ex illo Apost. ad Hebr. 8. & docet S. Tho. loco cit. & omnes in cap. vn. de Purificat. post part. Vnde valere etiam consuetudinem, quod expense deducantur ex decimis predialibus, & mixtis, dicit Barbos. de offic. & pot. Paroch. cap. 28. §. 1. num. 38.

Vbi verò ex consuetudine nihil soluitur, ecclesia remittere videtur: & tunc neque Curatus, neque Episcopus eas exigere potest, nisi auctoritate Papæ, vel in casu magnæ indigentiae, ut dicit ¹⁸ Sylu. ibidem. Hinc Doctores communiter sentiunt, posse Romanum Pontificem cōcedere priuilegiū, quo aliquis à solutione decimarum eximatur, quando ex alijs prouentibus remanet congrua, & sufficiens ministrorum substentatio: præceptum enim de soluendis decimis quatenus excedit congruam ministri substantiationem non est diuinum, seu naturale, sed solum humanum, cōtra quod pri-

- uilegium dari potest Barbos de off. & po. Paroc. c. 28. §. 3. n. 12. huiusmodi tamen priuilegiū moderari debet, si incipiat esse enormiter læsiū ecclesiā parochiali adeo, vt eius Reclatori congrua, seu sufficiens substantatio non remaneat c. nuper de Decim. c. 2. §. vbi autē eod. sit in 6. quod locorū ordinarijs ibidem cōmittitur, vt ipsi eo casu prouideant: quamvis aliter sentiat Barbos. d. cap. 28. §. 3. n. 45. vbi dicit, hoc speare ad declaracionem Pape, vel alterius, cui Papa commiserit.
19. Hinc etiam fit, vt quamvis Index ecclesiasticus in causa decimarum incipere possit a precepto cum monitione sub pena excommunicationis, siue agatur ad decimas non solutas, siue ad solundas in futurū cap. peruenit de Decim. Ricc. in Prax. p. 31. 4. ref. 506.
20. Barbos. de officio. Paroch. cap. 28. §. 4: num. 5. in fin. tamen non poterit Episcopus excommunicare non soluentem, si adsit immemorabilis possessio non soluendi: quia consuetudo temporis immemorabilis equipollit priuilegio cap. Super quibusdam §. præterea de verbis signif. Nau. conf. 21. de Cleric. non resid. ita Ricc. in Prax. vt sup. par. 4. ref. 510. vbi citat Abb. in cap. 1. num. 8. vt lit. pend: Innoc. in cap. cum venissent de Restit. spol. Capyc. dec. 189. & alios.
21. Addit idem Ricc. loco cit. p. 4. ref. 508. neque posse Episcopum excommunicare non soluentem decimas, si allegetur prescriptio, & probetur: quamvis interim non probata prescriptio possit
- Parochus vti iure suo, ut notatur in cap. cum persone de Priuilegio 6. 22. Si vero oriatur controversia inter ecclesiam prædiale, & sacramentalem, scilicet an colonus soluere debeat decimam ecclesiæ, in cuius parochia sita sunt prædia, an vero ecclesiæ, vbi audie diuina, tunc particularis consuetudo attendi debet cap. cum sint homines, & ibi DD: de Decim. & ad hunc effectum sufficit consuetudo decennalis: quia non est contra, sed præterius glos. communiter recepta in cap. vlt. ver. consuetudo de consuetudo in 6. Rot. coram Cardin. Causa. dec. 95. num. 2. & seq. & si consuetudo loci sit dubia, atteneda est consuetudo loci vicinioris, vel loci prædominantis Barbos. de officio. & pot. Paroch. cap. 28. §. 3. num. 72. & in d. cap. cum sint homines n. 4 vbi etiam dicit, quod si in loco viciniori adest aliqua consuetudo, & in loco dominanti adest diuersa consuetudo, tunc attendi debet consuetudo loci vicinioris, & non dominantis.

§. V.

An Parochiani de iure communi debeat decimas in horres, seu ad domum Clerici deferre.

23. Affirmatiuè respondet glos. in cap. reuertimini ver. in horrea 16. q. 1. Graff. decis. cas. conscienc. p. 2. lib. 2. c. 27. n. 15. & alij apud Ricciū in Prax. for. eccl. p. 2. ref. 244. cōtrariū tamē probatur in c. questiōne glos. in ver. ad eccl. suas 16. q. 1. Vnde etiam in hoc attēndenda erit consuetudo locoru. c. in aliis quibus §. fin. de Decim. Nau. conf. 2.

III 2 n. 1.



n. 1. de Decim. Ricc. in Prax. ut sup..
p. 2. ref. 244. vbi etiā dicit, quod talis cōsuetudo inducitur spatio 10.
annorum:

§. VI.

An & quando valida sit compositio
super decimis facta per Recto-
rem absque assensu Papæ,
vel Episcopi.

²⁴ R Esp. quod si cōpositio fiat su-
per decimis præteritis, etiā
sine consensu Papæ, vel Episcopi
valet: quia in hoc considerari nō
potest aliquod præiudicium ecclæ,
aut succellos, sed solius Paro-
chi, ut post Abb. d. Quarant. in
ver. alienatio rerum ecclesiæ n. 20. si
verò cōpositio fiat super decimis
futuris, distinguendum est: aut
enim agitur de paruo præiudicio
ecclæ, & tunc sufficit auctoritas
Episcopi ad validandā huiusmo-
di compositionem, & ita intelli-
gendas est textus in cap. 2. de tran-
sact. Barbos. de off. & pot. Paroch. c.
28. §. 4. n. 24. & 25. aut agitur de
magno præiudicio ecclæ, & in
hoc casu non valet sine confirma-
tione apostolica, & ita intelli-
gendas est textus in cap. veniens de
transact. & in cap. venerabilis de
confirmat. ut il.

§. VII.

An detur appellatio in causa de-
cimarum.

²⁵ R Esp. negatiuè cap. tua de De-
cim. quod intellige quoad ef-

fectum suspensuum, non autem
deuolutiuū Ricc. in Prax. for. eccl.
par. 4. ref. 506. Barbos. in cap. tua 2.
num. 9. de Decim.

²⁶ Hæc tamen conclusio limita-
tur 1. quando agitur cum perso-
na ecclesiastica, quæ prætendit ha-
bere potiora iura in decimis Præ-
pos. in cap. fin. §. quoties num. 32. q.
6. & ibi Gemin. sub nu. 22. de Ap-
pell. & alij quos refert, & sequitur
Barbos. in d. cap. tua 2. numer. 9. de
Decim.

²⁷ Limitatur 2. quando appella-
tur a non admissione exceptionū,
quæ proponuntur in iudicio deci-
marum secundum Ricc. in Prax. ut
supra par. 4. ref. 506. vel vbi collec-
tor decimarum modū excede-
ret: quia tunc ab excessu potest
appellari Barbos. loco cit.

²⁸ Limitatur 3. quando agitur in-
ter duas ecclesiæ contendentes
de iure decimandi Rot. in Cordu-
ben. decimarum 2. Decēbris 1605.
coram Pamphilio, quam refert Bar-
bos. in d. cap. tua 2. num. 9.

²⁹ Limitatur 4. quando allegatur
priuilegium Papæ, vel compositio-
secus si allegetur consuetudo, vel
præscriptio, tunc enim appellatio
non admittitur: quia fauorabi-
lius est priuilegium, & composi-
tio, quam consuetudo, & præ-
scriptio, ita Ricc. in Prax: par. 4.
ref. 506. vbi citat Monet. de Decim.
cap. 8. num. 56. & seq. Ruginell. de
Appellat. §: 2. cap. 3. num. 256. qui-
bus adde Barbos. vbi supra nu. 11.
vbi dicit ita tenuisse Rotam in d.
Corduben. decimarum.

IO:

Finis libri Quinti.

